



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 72. Bellarmini opinio de Panormitani tractatu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.

A. C. 1439.

*Bellarmini opinio de Panormitani tractatu.**Bellarmin.  
de Script.  
Eccles.*

**B**ellarminus Cardinalis in suo libro de Scriptoribus Ecclesiasticis hæc habet: *Dicitur Panormitanus etiam scripsisse librum pro Concilio Basileensi, sed hunc librum, ut in mala causa scriptum, & proinde erroneum, & credibile est ex ejus operibus absum fuisse. Ego certe inter ejus opera vularum editionum eum nusquam reperi. Nilominus in ultimo tomo editionis Lugdunensis anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo typis impressus habetur, necnon in alia quadam perpetua editione iisdem Lugdunensibus literis excusus, in separato a suis operibus libello exstat. Gerbaisius Sorbonæ Doctor eundem tractatum summa integritate, ac insigni prorsus fide, & sermonis puritate Gallice reddidit anno salutis millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo. Vir iste, qui vulgo dicebatur Panormitanus, proprio suo nomine erat Nicolaus Tudescus, natione Siculus, olim cuiusdam Abbatiæ Ordinis S. Benedicti Panormi Abbas, & postea ejusdem civitatis Archiepiscopus, ac demum anno Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo ab Amadæo Sabaudia Duce, postquam exauctorato Eugenio in Papam*

electus fuerat, purpura decoratus est. **saecul. XV.**  
 Verum jussu Arragoniae Regis Domini **A.C. 1439.**  
 sui Archiepiscopalem sedem repetere co-  
 actus fuit, ubi etiam pestilentiae morbo  
 correptus obiit, anno Salutis millesimo  
 quadringentesimo quadragesimo quin-  
 to (\*).

§. LXXIII.

*Urgetur Eugenii Papae exaudito-  
ratio.*

Eadem hac Congregatione die vigesima  
 tertia Maji celebrata Oratores Prin-  
 cipum, qui decretum approbaverant, mul-  
 tis precibus institerunt, ut Basileenses  
 sententiam adversus Eugenium Papam  
 differrent, & in tertium Concilii locum

K k 3 con-

(\*) Dixisse sufficiat, hunc Panormitani tra-  
 ctatum ad indicem librorum prohibitorum re-  
 jectum fuisse. Cum vero Panormitanus eo-  
 dem hoc anno in Concilio Basileensi depositio-  
 nem Eugenii tanquam a Presbyteris, exclusis  
 fere Episcopis attentatam reprobaverit, & in  
 quaestione l. num. 19. (quae ad calcem suorum  
 operum editionis Lugdunensis Ann. 1551 repe-  
 ritur) disertis verbis dicat: *Papa a toto Clero  
 & populo, & Imperatore judicari non potest,*  
 plane dicendum videtur, aut hunc tractatum  
 Panormitano perperam adscribi, aut illum sum-  
 mae inconstantiae reum fuisse.

nitani  
 libro de  
 c habet:  
 Te librum  
 rum, ut  
 ade erro-  
 rous abra-  
 pera vo-  
 eri. Ni-  
 nis Lug-  
 entesimo  
 mpresst  
 n perre-  
 bus lita-  
 operius  
 onae Do-  
 ntegrita-  
 onis pu-  
 tis mille-  
 septimo.  
 normita-  
 Nicolaus  
 n cujus-  
 dicti Pa-  
 n civita-  
 anno Do-  
 quadra-  
 ace, post-  
 Papam  
 ele-